

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De viris illustribus - Cod. Aug. perg. 183**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius  
Hermas**


**[Reichenau ?], [10. Jahrhundert]**

[urn:nbn:de:bsz:31-45742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-45742)

Ille liber intitulat pastor nuncy  
penitentie quator libri hermanij  
et dms villones v r

Z8  
K

Aug. CLXXXIII



IN LIBRO VI

DE HERED

**H**ereditas

est

quae

est

publice

legit

transmissio

est

liber

est

liber



EXILIO VLS

DI HERIA

**H**omani

bens me

parobam. h

Miserunt au

putor. Et a

publice legn

scripturaver

ctos suame ig

Ita hoo e n

Ita

17  
IN LIBRO VI ROKUM INLUSTRIUM CAPITULO X.

DE HERMAN QUI EI PASTOR DICITUR

**H**erman cuius apostolus paulus ad romanos scribens meminit. Salutate flegontam hermen patrobam. herman et qui sunt cum eis fratres. Asserunt auctore esse libri. de libro qui appellatur pastor. Et apud quasdam graeciae ecclesias. etiam publice legitur. Reuera utilis liber. multique de eo scriptorū ueterum usurpant testimonia. Sed apud latinos paene ignotus est.

167  
12  
p  
Iste liber ē augensius ecclesie cuius statū reddat



1  
INCIPIT LIBER PASTORIS NUNTII PAENITENTIAE  
MANDATA AC SIMILITUDINES EIVS IN QUIBUS APPA  
RUIT ET LOCUS EST ERMAE. CUI ETIAM IN PRIN  
CIPIO APPARUIT ECCLESIA IN VARIIS FIGURIS.  
SUNT ERGO VISIONES ECCLESIAE NUMERO  
QUATTUOR. PASTORIS NUNTII PAENITENTIAE  
VISIO. VNA. MANDATA EIUSDEM NUMERO  
XII. SIMILITUDINES IPSIVS NUMERO. X.

QUI ENI  
pud  
prop  
quod  
animum eredu  
effem fralen  
lam cogitau  
proficiens cu  
di. quam m  
Luis de m  
locum ad dext  
Pravatem  
transfem locum  
compraredm  
cum efraclum  
saluante me de  
quoniam illam  
domini  
et. domina  
ma. que ab in  
datur quod  
clesium suum  
dixit et. Domina  
co. dicitur dicitur  
dum arbitratu  
Vult me commem

**Q**UI ENUTRIERAT ME VENDIDIT QUANDAM  
 puellam romae post multos annos haec ego cognoui  
 et coepi eam diligere ut sororem. Post tempus ali-  
 quod laua eam in flumine tiberis uidi. Et porrexi  
 ei manum et eduxi eam de flumine. uisaeque exi dixi. felix  
 essem si te alem uxorem haberem. et specie et moribus. hoc so-  
 lum cogitavi. nec ultra aliquid cogitavi. Post tempus aliquod  
 proficiens cum his cogitationibus. Et honorificans creatura  
 di. quam magnifice et pulcherrime sint. Et dumambu-  
 lans obdormiui. Et sp̄s merapuit et tulit me per quendam  
 locum ad dexteram. per quem non poterat homo iter facere.  
 Erat autem locus ille in rupibus et abritus ab aquis; Cumq;  
 transissem locum illum ueni ad plantam et genibus positus.  
 coepi orare dñm et confiteri peccata mea. Et orante me aper-  
 tum est caelum. et uidi mulierem illā quam concupieram.  
 salutante me de caelo et dicentem. herma aue. Et ego prof-  
 piciens illam. dixi ei. Domina quid hic facis? At illa respon-  
 dit mihi. Recepta sum ut peccata tua arguā ad dñm. Dixi  
 ei. Domina nunc tu me argues? Non inquit sed audi uerba  
 mea quae tibi incipio dicere; Quia in caelis inhabitat et con-  
 didit ex nihilo ea quae sunt et multiplicauit propter se amec-  
 clesiam suam. Irascitur tibi qm̄ peccasti in me. Respondens  
 dixi ei. Domina si ego in te peccaui. ubi autem in quo lo-  
 co. aut quando turpe uerbu locutus sum. non semper te ac si-  
 deam arbitratus sum. Nonne semp reuertis uelut sororem?  
 Quid mei commentaris mulier tam nefanda? Tunc illa mihi

2  
adridens ait. In corde tuo ascendit concupiscentia nequiti-  
tae. aut non uidetur tibi uiro iusto saeuam rem esse si  
ascenderit in corde illius mala concupiscentia peccatum  
est ei et quidem magnum. Iustus enim uir iusta cogitat  
Cogitando ergo illum. ea quae iusta sunt et recte ingre-  
diente eum in caelis. propterea habebit dominus in omni nego-  
tio suo. Qui autem nefanda cogitant in cordibus suis.  
mortem et captiuitatem sibi assumunt. maxime hi qui  
saeculum hoc diligunt. et gloriantur in ditissimis. Et qui  
non expectant bona futura. uagantur animae illorum;  
Haec autem faciunt dubii. qui non habent spem in deo et  
contemnunt et neglegunt uitam suam. Sed tu ora ad  
dominum et sanabit peccata tua. totiusque domus tuae et omni-  
um sanctorum. Postquam autem locuta est uerba haec clau-  
si sunt caeli et ego eram totus in merore et metu Et dice-  
bam in tra me. Si hoc mihi peccatum adscribitur quomodo  
potero saluus esse. aut quomodo exorabo dominum pro peccatis  
meis plenissimis. quantas uerbis rogabo dominum ut mihi propi-  
tius sit. Haec me recogitante et discernente in corde meo  
Uidi cathedram de lanis candidis. sicut nix factam magnam Et  
uenit mulier anus in ueste splendida habens librum in  
manu. Et sedit singularis et salutauit me herma aue.  
Et ego mestus et plorans dixi. Domina aue. Et illa dixit mi-  
hi. Quid me tristis es herma. qui eras patiens et modestus et  
semper hilaris. Et respondens dixit ei. Domina in edibus mihi  
obiecta est a muliere optima. dicente quoniam peccaui in eam.

At illa dixit. absit a seruo di res ista. sed forte in corde  
tuo ascendit. illa est quidem seruis di talis cogitatio pecca-  
tum inferens. non enim debet cogitationem abhorrendam  
seruis di et praecipue herma quies continens ab omni  
cupiditate scelestis. Et est omni simplicitate plenus et inno-  
centia magna. sed non causa tui irascitur dñs. sed propter  
domū tuam. quae nefas admisit. dñm et in nos parentes su-  
os. Et tu cum sis amator filiorum. non commonuisti domū  
tuam. sed dimisisti illos conuolare saeue. propter hoc ti-  
bi irascitur dñs. sed sanabit omnia quae ante gesta sunt  
mala in domo tua. Propter illorum enim peccata et iniqui-  
tates consumptus es a saecularibus negotiis. Iam enim mi-  
sericors dñs misertus est tui. Et domui tuae et confortauit  
te in gloria. Tutantū noli uacare sed animo equus esto et  
conforta domū tuā. tamquā exarius pducens opus suū obtin-  
gitei cui uult. sic et tu uerbū cotidianū iustū docens absides  
grande peccatū. **Nō** desinas ergo comonere natos tuos.  
Scit enim dñs qm̄ paenitentiam agent ex toto corde suo et  
describet te in libro uitae. Cumq; finisset uerba haec ait mi-  
hi. Uis audire me legentem. Dixi ergo uolo domina. Et sic  
ergo auditor. Et reuoluto libro. legebat glorias magnifi-  
ce et mirifice. quae non poterā in memoria retinere. Erant  
enim uerba terrifica. Quae non poterat homo sustinere.  
Pouissima tamen uerba in memoria comendauit. Erant  
enim modica et utilia nobis. Ecce dñs uirtutū quoniam uisibili  
uirtute et magno sensu suo condidit mundū et honorifico

consilio circum decorem creaturae suae et fortissimo si uerbo confixit caelum et fundauit terram super aquas. Et uirtute sua potenti condidit scām ecclesiam suam. quam benedixit. Ecce transferet caelos ac montes colles et maria. Et omnia plena fient electis eius. Ut reddat illis re promissionem. quam re promisit cum multo honore et gaudio. si seruaerint legitimam dī quae acceperunt in magna fide. Cumque consummasset legendo. Ex surrexit de cathedra et uenerunt quattuor iuuenes et tulerunt cathedram iterū ad orientē. Et uocauit me ad se et tetigit pectus meum. aitque mihi. placuit tibi lectio mea. Dixi ei. domina haec mihi nouissima placent. priora autem saeua et dura sunt. at illa ait mihi dicens. haec nouissima iustis. priora autem refugis et ethnicis. Et cum loqueretur mecum. duo quidam uiri apparuerunt et sustulerunt illā in humeris et abierunt ubi et cathedra erat ad orientē. hilaris autē discessit. Et cum iret ait ad me. Confortare herma

#### VISIO SECUNDA

**C**um uero proficiscerem cum his circa illud tempus quo et anno priore ambulans cōmemoratus sum anni prioris uisionem. sursumque abstulit me sp̄s. Et duxit me in eundē locū quo anno priore. Cumq; uenisse ad illū locū positus genibus coepi orare dñm et honorificare nomen eius. Quod me dignum arbitratus sit. Et manifestauerit mihi peccata pristina. Et cum surrexissem a oratione. audiui anū illā quam et anno priore uideram. Et ambulante et legente

libellum aliquem Et ait mihi potes haec electis di-  
nuntiare. Dixit domina tanta in memoriam reti-  
nere non possum. da autem mihi libellum et describam.  
Accipe inquit et restitues mihi eum. Ut autem accepi  
inquendam locum agri sedens. descripsi omnia ad litte-  
ram non inueniebam syllabas. Cumque consummassem  
scripturam libelli. subito raptus est de manu mea libellus.  
a quo autem non uidi. Post quindecim autem dies cum uen-  
nassem multumque rogassem dominum reuelata est mihi scientia  
scripturae. Erat autem haec. Sementium herma deliquit  
in domino. Et prodiderunt parentes suos in nequitiam mag-  
nam. Et audierunt proditorum parentum. Et prodentes  
profecerunt. Sed etiam nunc adiecerunt peccatis suis libi-  
dines. Et commaculationes nequitiae. Et sic impleuerunt ini-  
quitates suas. sed in propera haec uerba filius tuis omnibus.  
Et coniuge tua quae futura est soror tua. Ipsa enim conper-  
cat linguam suam. in qua malignatur. Sed auditas uerbis  
his continebit se et habebit misericordiam. Erudientur  
enim. postquam in properaueris haec uerba illis. quae man-  
dauit ille dominator ut tibi reuelentur. Tunc remittentur  
illis peccata. quae iam pridem peccauerunt. Et omnibus scis qui  
peccauerunt usque in hodiernum diem si ex toto corde ege-  
rint paenitentiam et abstulerint accordibus suis dubitationes.  
Iurauit enim ille dominator per gloriam suam super electos suos  
pre finita ista die. Etiam nunc si peccauerit aliquis non habi-  
turum illum salutem. Paenitentiae enim iustorum habent

fines. repleti sunt dies paenitentiae omnibus sc̄is. genti-  
 bus autem paenitentia usque in nouissimo die. Dices er-  
 go eis qui prae sunt ecclesiae ut dirigant uas suas in iusti-  
 tia. ut recipiant in pleniore promissionem. cum multa  
 gloria. Permanete ergo qui operamini iustitiam. Et sic  
 facite ut fiat uester transitus cum sc̄is angelis. felices uos  
 qui cumque sustinetis pressuram super uenientē. Et qui  
 cūque non negauerit uitam suam. Iurauit enim dñs per  
 filium suum. qui denegauerit filium sequi despondentes  
 uitā suā qui nunc denegantur. Sunt in aduentibus die-  
 bus. Hi autē qui nunquā denegauerint ob nimiam miseri-  
 cordiam. propitiū factus est illis. Tu autē herma noli  
 meminisse malorū filiorū tuorū. sed nec sororē tuā sinas  
 sed ut emendetur a pristinis peccatis. Erudietur enim  
 doctrina ista. si uia memor non fueris malitiae illorū.  
 memoria malorū mortē operat. Tu enim herma magnas  
 tribulationes habuisti saeculares propt̄ praeparationes  
 domus tuae. qm̄ non pertinuit ad te de illis. Et in negotiatio-  
 nibus tuis maligni simplicatus es. sed illud te saluū faciet  
 quod non disseris ad oī uiuō. Et simplicitas tua et nimia conti-  
 nentia haec saluū fecerūt te si permanseris. Et omnes saluos  
 faciet quicumq; huiusmodi operantur. Et ingrediuntur  
 in innocentiam. et in simplicitatē. hi qui huiusmodi sunt in-  
 ualescent aduersus omnē nequitia. Et permanebunt  
 in uitā aeternam. Felices omnes qui operantur iustitiam  
 non asumentur usque in aeternum. Dices autē magna

5  
ecce tribulatio uenit. sicut tibi uidetur iterum nega. Prope  
est dominus conuertentibus sicut scriptum est in helda et modal.  
qui uaticinati sunt in solitudine populo. Reuelatum est autem  
mibi fratres dormienti a iuvene specioso et dicente mihi  
anum illam. a qua accepisti libellum quam putas esse. Et  
ego dixi sibi illam; Erras inquit non est. Quae est ergo domine.  
Et dixit mihi ecclesia est; Et dixi illi quare ergo anus est.  
Quoniam inquit prior omnium creata est. ideo anus. Et propter  
illam mundus factus est; Post hanc autem uisionem uidi in do  
mo mea et uenit illa anus et interrogauit me. si iam libel  
lum dedissem senioribus. Et respondi adhuc non. Et illa  
dixit. bene inquit fecisti. habeo enim uerba quaedam edi  
ceret tibi; Cum ergo consummauero omnia uerba per te  
scientur electi. Scribes ergo duos libellos et mittes unum  
clementi Et unum grappati. Mittet ergo clemens in exte  
ras ciuitates illi enim permissum est. Grappas autem como  
nebit uiduas et orfanos Tu autem leges in hanc ciuitatem cum  
senioribus qui praesunt ecclesiae.

### VISIO IERUSA

**V**isio quam uidi fratres. uisio talis erat. Cum uenisset frequen  
ter et peccatus essem dominum ut mihi ostenderet reuelationem  
quam mihi pollicitus est ostendere per illam anum. Eadem  
nocte mihi apparuit illa anus. et dixit mihi. quoniam sic egeus  
es et sollicitus ad sciendum omnia. Ueni in agrum ubi uis.  
Et circa horam sextam manifestabo me tibi. Et ostendam tibi quae  
oporteat te uidere. Rogavi illam dicens. domina inquam

51  
locum agri. Ubique uis elige locum bonum secretum.  
Antequam loqui autem ei coepissem. et dicere ei locum. ait mihi. ueniam ubi uis. fuero ergo in agro et aestimaui horas. et ueni in locum ubi conseruaueram ei uenire. Et uidi subsellium positum. Erat ceruical lineum. Et super linteum expansum carbasinum. Uidens haec posita et neminem esse in eum locum. Stupere coepi. Et capilli mei exsurrexerunt. Et quasi orripilatio me comprehendit cum essem solus. Apud me autem reuersus et memoratus gloriae dei. Et accepta audacia postis genibus. confitebar domino iterum peccata quae prius. Et ecce uenit cum iuuenibus sex. quos et ante uideram et stetit post me. Et audiebat me orantem et confitentem domino peccata mea. Et tangens me dixit. desine iam pro peccatis tuis tantum orare. Ora et pro iustitia ut accipias partem ex ea in domo tua. Et recessit me de loco et adprehendit manum meam et adduxit me ad subsellium. Et ait illis iuuenibus. Ite et aedificate. Postquam discesserunt iuuenes. et nos soli facti sumus. Ait mihi. sede hic. Dixi ei. domina. Sine seniores ante sedere. Quod tibi dico inquit sede. Cumque uellem sedere ad dexteram partem. non est passa me. sed annuebat mihi manu. ut ad sinistram partem sederem. Recogitante autem me et me scire esse quod non sinuit me ad dexteram sedere. ait mihi. Quid me scis es herma. locus qui ad dexteram illorum est. quia iam meruerunt dominum. Et passi sunt causa nominis eius. Tibi autem multum superat ut cum illis sedeas. sicut manes in simplicitate tua permane et sedebis cum eis. Qui cum que operati

fuerint illorum opera et sustinuerint quod illi sustinuerunt.  
 Dixit domina uelim scire quae sustinuerunt. audi inquit  
 feras. bestias. flagella. carceres. cruces. causa nominis  
 propter hoc illorum sunt dexteræ partes scitatis. Et quisq;  
 passus fuerit propter nomen dñi. Reliquorū autē sinistrae  
 partes sunt. sed utrique et eis qui ad dexteram qui que ad  
 sinistram sedent. sunt dona et promissiones tantū quod ad  
 dexteram sedent. Et habent gloriam quandam. Tu autem  
 cupidus es sedere ad dexterā cum eis. sed exiguitates tuae  
 multae sunt. Et mundaberis autē ab exiguitatibus tuis. sed  
 et omnes qui dubii non fuerint. emundabuntur ab omnib; pecca-  
 tis in hunc diem. Et cum haec dixisset uolebat ire. Procidentis  
 illi ad pedes. rogauit illā per dñm ut mibi demonstraret quod  
 re promiserat uisum. At illa rursus adprehendit manū meam.  
 et erexit me. Et fecit sedere super subselliū ad sinistram. Et  
 eleuata uirga splendida quadā ait mibi uides magnā rem.  
 Dixi. domina nihil uideo. Ecce uides contra te turrē mag-  
 nam quae aedificatur super aquas. Lapidibus quadratis  
 splendidis. in quadro autē aedificabatur turris ab illis  
 sex iuuenibus. qui uenerant cum illa. alii autē multa milia  
 uirorū adportabant lapides. alii de terra transferebant.  
 Et porrigebant illis sex iuuenibus. accipiebant et aedifica-  
 bant. eos quidem quide profundo lapides extrahebantur.  
 Omnes sic imponebant in structurā polita enim erant. Et con-  
 uementes commissurae cum illis lapidibus. Et sic conunge-  
 bantur alius ad alium. Itaut commissuræ eorū non parerent

63  
et sic parebat structura turris tamquam ex uno lapide aedificata. Ceteri autem lapides qui adferiebantur de terra quosdam quidem recipiebant. quosdam autem ponebant in structuram. alios autem excidebant et proiciebant longe a turre. alii autem lapides multi circa turrem positi erant. et non utebantur illis in structuram. Erant enim quidam ex his scabrosi. alii autem scissuras habebant. alii autem candidi et rotundi. non conuenientes in structuram turris. Uidebam autem alios lapides proici a longe a turre. Et ueni entes in uia et non manentes in uia. sed uolui de uia in locum desertum. alios autem in igne incidentes et ardentes. alios autem cadentes secus aquas. non posse uolui in aquam. Quidam uoluerunt uisum intrare in aquam. Et cum haec mihi demonstrasset. uolebat recurrere dixit ei. Domine quid mihi prodest haec uidisse. et non scire quae sunt haec res. Respondens dixit mihi. uersutus es homo uolens scire ea quae circa turrem sunt. Ita inquam domina ut fratribus adnuntiem. et hilariores fiant. Et haec audientes honorificent dominum cum multa gloria. Et illa ait. Audient quidem multi. Et cum audierint quidam ex eis gaudebunt. quidam autem flebunt. Sed et isti audientes si paenitentiam egerint. et ipsi gaudebunt. Audi nunc similitudinem turris. Omnia haec et accensus mihi molestior es uel reuelationem noli. Reuelationes enim istae finem habent. Impletae sunt enim sed tu non desines petendo reuelationes. Improbus enim es turris quidem quam uides aedificare. Ego sum ecclesia

quaetibi apparui et modo et prius. Quodcumque ergo  
uolueris interrogare de turre et reuelabo tibi ut gaudeas cum  
scis. Dixit. domina quoniam semel indignum arbitrata es. ut  
omnia mihi reueles. reuela. ait mihi. Quodcumque oportue  
rit tibi reuelari. reuelabitur. tantum ut cor tuum. apud  
dominum sit. Et ne dubites. si quodcumque uideris. Interroga  
uilla. turris quare super aquas aedificata est domina.  
Dixeram tibi et prius uersutu esse circa scripturas diligen  
ter inquirens. igitur inuenies ueritatem. Quare ergo su  
per aquas aedificatur turris. quoniam uita uera per aquam salua  
facta est. et fiet. fundata est enim uerbo omnipotentis et  
honorifici nominis. Continetur autem ab inuisibili uirtute domini.  
Respondi et dixi. magnifice habent se res hae. Illi autem  
iuuenes qui aedificant qui sunt domina. hi sunt sancti angeli  
di qui primo constituti sunt quibus tradidit dominus uniuersam  
creaturam suam. Creandi et aedificandi et domnandi creaturae  
illius. per hos consumabitur structura turris. Ceteri au  
tem qui ad portabant lapides qui sunt. Et ipsi sancti angeli  
domini. hi autem precellent illos. Cum ergo consummata  
fuerit structura turris. omnes simul epulabunt iuxta  
turrem. Et honorificabant dominum. quoniam consummata est  
structura turris. Interrogauit eam dicens uolebam scire  
exitum lapidum. et uim eorum qualis sit. Respondens  
mihi dixit. non. quoniam tu pre omnibus melior es. ut tibi reue  
letur. alii enim te priores sunt et meliores te. quibus oport  
tebat reuelari uisiones istas. sed ut honorificetur nomen di.

70  
tibi reuelatum est. Et reuelabitur propter dubios qui cogitant in cordibus. Utrum nesint haec aut non. dic illis quoniam haec omnia sunt. et nihil extra ueritatem est. sed omnia firma et certa quae fundata sunt. Audinunc et de lapidibus qui sunt in structura. Lapidem quidem illi quadrati et albi conuenientes in commissuris suis. hi sunt apostoli et episcopi et doctores et ministri. qui ingrediuntur in clementia dei. Et episcopatuum gesserunt et docuerunt. Et ministraverunt sancte et modeste. electis dei. qui dormierunt. qui que adhuc sunt. Et semper cum illis conueniunt. Et in se pacem habuerunt. Et alter utrum audierunt. propter hoc et structurae turris conueniunt commissurae eorum. Qui uero de profundo trahuntur et inponuntur in structurae et conueniunt commissurae eorum cum caeteris lapidibus qui iam aedificati sunt. hi sunt qui dormierunt et passi sunt causa nominis domini; Ceteri autem lapides qui ad portabantur a terra uolo scire qui sunt domina. ait. eos quidem qui in terram uadunt. Et non sunt polita. hos deus probauit quo ingressi sunt in aequitatem domini et iuxerunt in mandatis eius. qui autem adferentur et ponuntur in structurae turris qui sunt. nouelli in fide et fideles. Commonentur autem ab angelis ad benefaciendum. propter quod non est inuenta in illis nequitia. Quos autem reiciebant et picebant iuxta turrem qui sunt isti. hi sunt qui peccauerunt et uoluerunt paenitentiam agere. propter hoc non sunt longe proiecti. Quia ualeserunt in structurae si paenitentiam egerint. Quid ergo acturi sunt si paenitentiam egerint. forteserunt in fide. si paenitentiam nunc egerint.

dum aedificatur turris. nam si consummata fuerit struc-  
 tura. iam non habet locum ubi ponatur sed erit reprobus.  
 solummodo autem hoc habebit. quoniam ad turre positus est.  
 Qui autem recidebantur. et longe proicebantur a turre  
 uis scire. hi sunt filii iniquitatis et crediderunt in simula-  
 tione. Et omnis nequitia non abscessit ab eis. propter hoc non  
 habent salutem. quoniam non sunt utiles in structura. propter  
 nequitas suas et propter hoc excisi sunt. Et longe proiecti sunt.  
 propter iram domini quia exacerbauerunt eum; Ceteros autem  
 lapides quos uidisti conplures positos noneuntes in structu-  
 ram. hi quidem scabrosi erant. hi sunt qui cognouerunt  
 ueritatem. nec permanserunt in eam. nec coniuuncti sunt scis  
 propter hoc inutiles sunt. Qui autem scissuras habebant qui  
 alius aduersus alium in cordibus habent. Et non habent pacem  
 inter se. In persona quidem pacem habentes. Cum autem  
 unus ab alio discesserit. nequitia ipsorum in cordibus perma-  
 net. haec sunt autem scissurae quas habent lapides. Qui uero  
 curti sunt. qui crediderunt quidem plurimam partem ha-  
 bent iniquitatis. propter hoc curti et non integri sunt;  
 Candidi autem et rotundi. Et non conuenientes in structu-  
 ram turris qui sunt domina. Respondens mihi dixit. usque  
 quo stultus es et insensatus. Et omnia interrogasti et nihil in-  
 tellegisti. hi sunt habentes quidem fidem. habentes autem  
 et diuitias huius saeculi. Cum ergo uenerit tribulatio prop-  
 ter diuitias suas et negotiationes abnegant suum dominum; Respon-  
 dens dixit ei. Domina quando ergo utiles erunt domino?

Cum circumcisae fuerint inquit diuitiae eorum. quae eos  
delectant. tunc erunt utiles dō ad aedificium. Sicut enim  
lapis rotundus nisi decusus fuerit et abiecerit a se aliquid  
non potest quadratus fieri. sic et qui diuites sunt in hoc saecu-  
lo nisi circumcisae fuerint diuitiae illorum. non possunt  
dñō utiles esse. At eprimus scito quando diues fuisti inutilis  
eras. nunc uero utilis es. et aptus uitaetuae. Nam et tu ipse  
ex eis lapidibus fuisti; Ceteros autē lapides quos uidisti lon-  
ge a turre proiectos. Et currentes in uia. Et uolui in loca  
deserta. hi sunt qui crediderunt quidem. a dubitatione  
autem sua relinquunt uiam suā ueram putantes se melio-  
rem uiam posse inuenire. Errant autē et miseri sunt in gre-  
dientes in desertas uias. Qui autē cadebant in ignē et arde-  
bant. hi sunt qui finem abscesserunt ad dō uiuō. nec amplius  
illis ascendit in corde paenitentia agere. propt̄ desideria li-  
bidinum suarū et scelerum. quarū operantur; Ceteri uero  
qui cadebant iuxta aquas et non poterant uolui in aquam  
qui sunt; hi sunt qui uerbū audierunt uolentes baptizare  
in nomine dī. Qui bus cū uenerit in memoria sc̄itatis ueritatis  
retrahunt se et ambulat rursus post desideria sua scelestā.  
Consummaui igitur enarrationem turris. Ego qui cum  
ad illam anam. hi omnes lapides qui proiecti sunt nec con-  
ueniebant in structurā turris. Si est illis paenitentia et habe-  
bunt locum in turrem hanc. habent inquit paenitentiam.  
Sed in hanc turrem non possunt conuenire. alio autē loco po-  
nentur multo inferiore. Et hoc cum cruciati fuerint. Et

repleuerint dies peccatorum suorum. Et propt̄ hoc transfe-  
rentur qm̄ perceperunt uerbum istū. Et tunc illis contin-  
get transferri de poenis si ascenderit in cor ipsorū opera  
quae operati sunt scelestā. Quod si non ascenderit in cor  
ipsorum. non erunt salui propter duritiā cor dissui.  
Cum ergo desui interrogando illā. De omnib; istis. ait mihi;  
uis aliud uidere aliquid. Cum que essem cupidus ad uiden-  
dum. hilaris factus sum uultu. respiciens me subrisit. Et  
ait mihi; Uides septē mulieres circaturrem. Uideo inquā  
domina; Turris haec ab his subportatur. secundū precep-  
tum dñi. Audi nunc effectus earum. Prima quidē earū  
quae continet manum. fides uocatur. per hanc fiēt elec-  
ti dī; Alia autem quae succincta est et uiriliter agit.  
continentia uocatur. haec filia est fidei. Quisq; ergo secu-  
tus fuerit illā felix fiet in uita sua. qm̄ ab omnib; operib;  
malis abstinēbit credens qm̄ si abstinuerit se ab omni concu-  
piscētia heres erit uitae aeternae; Ceterae autē domi-  
nae quinque quae sunt. filiae alterutrū sunt; Uocantur  
autem quaedam simplicitas. alia innocentia. alia modes-  
tia. alia autē disciplina. alia autem caritas. Cum ergo  
opera seruaueritis matris earū omnia poteritis custodire;  
Uolebam scire domina. quae quam habeant illarū uirtu-  
tes. Audi inquit uirtutes aequales habent. Tenentur  
autem uirtutes earū ab inuicē. Et secunt̄ se inuicē sicut  
natae sunt; Ex fide nascitur abstinentia. De abstinentia  
simplicitas. De simplicitate innocentia. De innocentia.

95  
modestia. De modestia disciplina et caritas. harū er-  
go opera scā et pudica et recta sunt. Qui cumq; ergo ser-  
uerit his. Et inualuerit tenere opera eorū. In turrem  
habebit habitaculū cum scīs dī. Interrogauit illā de tem-  
poribus si iam consummatio est. illa autē exclamauit uo-  
ce magna dicens. In sensate homo non uidet turrem supae  
dificari. Quando ergo consummata fuerit turre et aedi-  
ficata habet finē. sed cito consummabitur. Noli amplius  
me interrogare aliquid. Sufficiens tibi et omnib; scīs cōme-  
moratio ista et renouatio spūum uestrorū. sed non tibi haec  
sola reuelata sunt sed ut omnib; demonstrare ea. Post tridu-  
um enim intellegere oportet tibi haec uerba haec quae  
tibi incipio dicere. Loqueris ea omni u in auribus scōrum.  
ut audientes ea cum fecerint emundentur a nequitiis suis.  
sed et tu cum illis. Audite me fili ego uos enutriui in  
multa simplicitate. Et innocentia et modestia propt̄ mise-  
ricordiā dī quae sup uos stillauit iniusticia ut scī ficemini  
et iustificemini. ab omni nequitia et omni prauitate. Uos  
autē non uultis requiescere a nequitia uris. Nunc ergo  
audite me et pacē habete alius in alio. Et uisitate uos alte-  
rutrū et suscipite in uicē. Et nolite soli creaturas dī perci-  
pere. abundantius etiam impertite egentib; Quidam  
enim cum pluribus cibis infirmitatē carnis suae adsumunt.  
sed et conuolant carnē suam. aliorū autē qui non habent  
escas. marcescit caro ipsorū propter quod non habent suf-  
ficientem cibum. et consumitur corpus illorū; haec igitur

intemperantia nocua est uobis habentibus. Et non cōmuni  
 cantibus his qui egent; Adtendite iudiciū sup uenientem  
 Qui eminentiores estis Inquirete esurientes dū adhuc  
 turris non est consummata. Postquam enim consummata  
 fuerit turris uolebitis benefacere Et non habebitis locum.  
 Videte ergo uos qui gloriamini diuitiis ur̄is ne forte in  
 gemescant hi qui egent Et gemitus illorū ascendat ad dñm.  
 Et excludamini cum bonis ur̄is extra ianuā turris. Nunc  
 itaque uobis dico qui prae estis ecclesiae Et amatis primos  
 con sessos nolite fieri similes maleficis. Et malefici quidē  
 uenena sua in buxides bauulant. Uos autē uenenū ur̄m et  
 medicamentū in corde continetis. Et non uultis purgare cor  
 da ur̄a Et permiscere sensum ur̄m puro corde ut habeatis  
 misericordiam a regemagno; Videte ergo filii ne forte  
 haec dissensiones ur̄ae fraudent uitā ur̄am; Quomodo uos  
 erudire uultis electos dī. cum ipsi non habetis disciplinam?  
 Commonite ergo alterutrū peccata ur̄a. Estote inter uos  
 ut te ego corā patre ur̄o adstans rationē reddā puobis dño.;  
 Cumq; desinisset mecū loqui. uener̄ illi sex iuuenes qui aedi  
 ficabant turrē. Et tuler̄ illā ad turrē. Et alii quattuor sus  
 tulerunt subselliū Et cierunt iterū ipsi in turrē. horum  
 faciem non uidi. qm̄ auersi erant. Cunctē illā rogabam  
 ut mihi reuelaret de tribus figuris in quib; mihi apparuit.  
 respondens mihi dixit; De his alii oportet te interrogare  
 ut tibi reueletur; Apparuit autē mihi fratres prima  
 uisione anno priore ualde anus et in cathedra sedens;

Alia autē uisione faciem quidem iuuenilē habebat. Car-  
 nem autē et capillos aniles. Et stans mihi loquebatur.  
 hilarior autē erat primum. Tertia autē uisione tota  
 erat iuuenior. Et aspectu decora. tantū quod capillos aniles  
 habebat. hilaris autē in finē erat. Et super sub sellum  
 sedens. de his ipsis maestus erā ualde. donec cognoscerem  
 reuelationem hanc. Uidi anum illā in uisione noctis.  
 dicentē mihi. Omnis rogatio humilitatē eget. Ieiuna  
 ergo et percipies ad dñō quod postulas. Ieiunauit igitur unū  
 diem. Eadē nocte apparuit iuuenis et ait mihi. Quod tu  
 frequenter petis reuelationes in oratione. Uide ne multa  
 postulans. ne carne tuā sufficient tibi reuelationes  
 istae. numquid poteris fortiores reuelationes uidere  
 quam quod uidisti. Respondens ei dixi. Domine hoc solū  
 peto pro tribus figuris illius anus. ut reuelatio integra  
 fiat. Respondit mihi. uos non in sensu estis. sed dubitatio-  
 nes uestrae. in sensu uos faciunt. Et quod non habetis  
 cor ur̄m ad dñm. Respondit illi et dixi. sedate diligentius  
 ea cognoscimus. Audinquit de figuris quib; inquiris.  
 Priori quidē uisione quare anus tibi apparuit sup cathedram  
 sedens. qm̄ spiritus uestē antiquior etiā marcidus  
 est. Et non habens uim auris infirmitatib; et dubitatione  
 cordis. Sicut enim seniores qui non habent spem renouan-  
 di et nihil aliud expectant nisi dormitionē suā. Sic et uos  
 infirmati a saecularibus negotiis. tradidistis uos in  
 acedias et non protecistis a uobis sollicitudinem in dñō

et contusus est sensus uester et in ueterastis in tristitibus  
uribus; Quare ergo super cathedram sedebat uolebam cog  
noscere domine. Respondit. Quoniam omnis infirmus super  
cathedram sedet propter infirmitatem suam. Ut conti  
neatur infirmitas eius. ecce habes figuram prio  
ris uisionis. Secunda autem uisione uidisti illam stantem  
et iuuenilem faciem habentem et hilariorem pre pristina  
carne autem et capillos seniles. audi inquit et hanc para  
bolam. Cum senior iam sit aliquis desperat se ipsum prop  
ter infirmitatem suam et paupertatem. nisi aliud expectat  
nisi diem extremum uitae suae. Deinde subito illi relicta  
est hereditas. Et audiens exsurrexit hilari factus in  
duit uirtutem et iam non discumbet sed stat. Et sumptus est  
a prioribus maeroribus. et iam non sedet sed uiriliter  
agit. Ita et uos audita reuelatione quam uobis dominus reue  
lauit. quam miseratus est dominus uobis. Et renouauit spiritum uestrum.  
et deposuistis infirmitatem uestram. accessit uobis fortitudo.  
et inualuistis in fide. Et uisa dominus fortitudine uestra gausus  
est. propter hoc demonstrauit uobis structuram turris.  
et alio ostendit. si ex toto corde pacem habueritis inter uos.  
Tercia autem uisione uidisti illam adulescentiorem et bonam  
et hilarem. et bene uultum eius. Sicut enim alicui meo  
uenerit nuntius bonus aliquis. statim ablati sunt meror  
nihilque aliud expectat nisi ad nuntiationem quam  
audiuit confortatur de cetero et renouatur eius spiritus.  
propter gaudium quod accepit. Sicut uos renouationem

213  
accepistis spirituū uestrorum. uidentes haec bona.  
Et quia super subselliū uidisti sedentē fortis positio. Quā  
quattuor pedes habet subselliū et fortiter stat. Nam et  
mundus per quattuor elementa continetur. Qui ergo  
paenitentiam egerint. habes in plena reuelationem  
nihil amplius postules de reuelatione. si quid autē oportuerit  
reuelabitur tibi. **VISIO QUARTA**

**V**isionem uidi fratres post dies uiginti pristinae uisionis fi-  
guram tribulationis sup uenturae. Proficiscebam  
in illa uia campana. a uia publica in uillā. Sunt fere stadia  
decim. rare autē iter fit per locū eius. solus ambulans ro-  
gabā dnm ut reuelatione se eius quas mihi ostendit per  
scām ecclesiam suā confirmaret et daret paeniten-  
tiam omnibus seruis suis qui scandalizati sunt ut honori-  
ficetur nomen eius magnū et honorificū. Et quia me dig-  
num aestimauit ut ostenderet mihi mirabilia sua. Et  
cum honorificare et gratias agere. tamquā sonus  
mihi respondit. ne dubite in herma. In trame coepi cogi-  
tare et dicere. Ego quid habeo dubitare sic fundatus ad nō  
Et qui uidi honorificas res. Progressus sum paululum  
fratres. Et ecce uidi puluerē usque ad caelū. Coepi dicere  
in trame. num quid uimenta ueniunt et puluerē excitant.  
Sic erat autem. tamquā stadium. magis magisque  
uidi puluerē exurgentē suspicarer esse ali-  
quid diuinitus pusillū resplenduit sol. Et ecce uidi besti-  
am magnā uelut coetū ex ore illius locustae igneae

12  
procedebant. Erat autē factura bestiae illius fere pedes  
centū. Caput quidē habebat tāquam urnale. coepi flere  
et inuocare dñm ut me liberaret ab illa. Deinde reme-  
mora  tussum uerbū quod audierā ne dubite-  
herma. Indutus ergo fratres fidei.  
memo  ratus sum quae docuit me magna lilia.  
audacter in bestia me tradidi. Sic autē ueniebat illa bes-  
tia icu. ut possit ciuitatē delere. Ueni prope illā. Et  
tam grandis bestia extendit se in terrā et nihil nisi lingua  
proferebat. Et in totū non mouit se. donec transire illā  
totam. habebat autē illa bestia super caput colores quat-  
tuor. nigrum. deinde rubeū et sanguinolentū. deinde  
aureum. deinde album. Postquā autē pertransiui illā  
bestia progressus sum fere pedes triginta. Et ecce occur-  
rit mihi uirgo quaedā exornata tamquā de thalamo  
prodiens tota in albis et calciamentis albis circum-  
data. Et usque faciem mytra. Pro tegumento autē habe-  
bat capillos nictidos. Cognoui ego a pristinis uisionibus qm̄  
ecclesia est et hilarior factus sum. salutauit autem me  
dicens. aue tu homo. Et ego illā salutauit dicens. Domina  
aue. Respondens mihi dixit. nihil tibi occurrit. dixi  
ei. Domina talis bestia quae possit populū consumere  
sed uirtute dī. et nimia misericordia eius. euasi illam.  
Bene effugisti inquit qm̄ solitudinē et sollicitudinē tuā  
ad dñm proiecisti. Et cor tuū aperuisti ad dñm credens.  
quia per nullū alium poteris saluus esse. nisi per magno

Et honorifico nomini eius. propter hoc misit dñs ange-  
 lum suū qui est sup bestias. Cuius nomen est hegrim. Et  
 obturavit os eius ne te delamaret. magnam tribula-  
 tionē effugisti propt̄ fidem tuam. Et qui  
 talē bestia non dubitasti. Uade ergo et enar-  
 ra electis dī magnalia ipsius et dices illis  
 qm̄ bestia haec figura est pressurae super uenturae.  
 Si ergo praeparaueritis uos effugere illā. Si cor ur̄m  
 fuerit purū ac sine macula. et reliquos dies uestros ser-  
 ueritis dō sine quaerela. Inmittite sollicitudines ur̄as  
 super dñm et ipse diriget eas. Credite dō qui estis dubii  
 qm̄ omnia potest auertere iram suā a uobis. Et mittere  
 uobis suffragia. Uae dubiis his qui audierunt uerba  
 haec et contemserunt melius erat illis non nasci.  
**I**nterrogauī eā de illis quattuor coloribus quos habe-  
 bat illa bestia in capite. at illa respondit mihi dicens.  
 Iterū tu curiosus es. de huius moribus interrogans. Et  
 dixi domina demonstra mihi quid sunt illa. Audinquit  
 illū nigrū mundus hic est in quo cōmemorauī. Igneū au-  
 tem et sanguinolentū. qm̄ oportet saeculū hunc per san-  
 guinem et ignē deperire. Aurea autē pars uos estis qui  
 effugistis saeculū hunc. Sicut enim aurū probatur per  
 ignem utile fit. sic et uos probabimini qui habitatis in illis.  
 Qui uigilauerint permanserint et probati fuerint ab eis. purga-  
 buntur. Et sicut aurū emundatur et remittit sordē suam.  
 Sic et uos abicietis omnem tristitiam. et angustiam.

et mundamini in structuram turris. Alba autē pars se-  
culi superuenturi est. In quo habitabunt electi dī qm̄ in ma-  
culati et purierunt electi dō in uitā aeternā. Tu ergo nede-  
sinas loquendo in auribus scōrum. habetis et figurā tribula-  
tionis superuenturae magnae. Nam si uos uolueritis nihil  
erit in mente. habete ista quae per scripta sunt. haec cū di-  
xisset discessit. non uidi autē quolo coabit. Strepitus au-  
tem factus est. Et ego auersus sum retro metuens et pu-  
tabam illā bestiam uenire.

### VISIO QUINIA INIITIUM PASTORIS

**P**astoris nuntii paenitentiae. Cum orassem domi et  
cum sedissem sup lectū. Intrauit quidā uir facie dig-  
niosa. habitu pastorali. amictus palliū albū. per ā ges-  
tans in humero. Et uirgā in manu. Et salutauit me. Et ego  
resalutauī eum. protinusque consedit iuxta me. Et ait  
mibi. missus sum ab illo uenerabili nuntio. ut habitē tecū  
reliquos dies uitae tuae. Et ego putauī ad temptandū me  
uenisse eū. et dixi ei. Tu enim quis es. Ego enim noui cui  
traditus sum. ait mibi. non cognoscis me. non in quā. Ego  
sum ille pastor cui traditus es. adhuc loquente eū figura  
eius mutata est. Cumq; cognouissem eū esse cui traditus fu-  
eram. confusus sum protinus. metusq; me comp̄hendit. Et  
totus merore confectus sum. quia sic ei respondi nequiter.  
et insipienter. ait mibi. nolī confundi. sed uirtute concipe  
animo in mandatis meis quae daturus sum tibi. Missus sum  
enim inquit ut quae uidisti superius omnia tibi rursū ostendā

134  
quae ex eis precipue utilia sunt uobis. primū omniū man-  
data mea et species similitudinū scribe. Reliqua autem  
sicut ostendero tibi. sic ea scribe. Ideo autē precipio tibi pri-  
mum mandata mea et similitudines scribe. ut sub intelle-  
gendo facilius custodire possis eas. Scripsi igitur mandata  
et similitudines. Ita ut precepit mihi. Quae audita sic custodie-  
ritis atque in his ambulaueritis. Et exertueritis ea mente  
pura. recipietis a dño quae tūq; pollicitus est uobis. Sin autem  
his auditis non egeritis paenitentia sed adhuc adieceritis  
delicta ur̄a a dño aduersa recipietis. haec omnia scribere  
precepit mihi. pater ille nuntius paenitentiae.

#### INITIUM MANDATO RŪMAN DATUM PRIMUM

**P**rimū omniū crede quia unus est qui omnia creauit et con-  
summauit. ex nihilo omnia fecit. Ipse capax uniuersorū  
solus et inmensus est. qui nec uerbo definire. nec mente con-  
cipi potest. Crede igitur in eo et time eū. Et timens habe abs-  
tinentia. haec custo di et abice abste omnē nequitia et in-  
due uirtutē iustitiae. Et uiues dō sic custodieris mandatū hoc.

#### MANDATIUM SECUNDUM

**D**ixit mihi simplicitatē habe et innocens esto et eris sicut in-  
fans qui nescit malitia. quae perdit uita hominū; Primū  
de nullo male loquaris. neque libenter audias male loquen-  
tem. Si uero et tu audieris particeps eris peccatis male lo-  
quentis. Credens et tu habebis peccatū quia credidisti male  
loquenti de fratre tuo; Pernitiosa est detractio. Incons-  
tans daemoniū est. numquā in pace consistit. sed semper

indiscordia manet. abstine te ab illo. Et pacem semper habe  
 cum fratre tuo. Indue constantiam sciam. In qua nulla  
 sunt peccata sed omnia laeta sunt. Et fac benedicta labori-  
 bus tuis. Omnibus in opibus da simpliciter. nihil dubites cui  
 des. Omnibus da. Omnibus enim deus dare uult. de suis donis.  
 Qui ergo accipiunt. reddent rationem deo. Quare acceperunt  
 ut et quid. Qui autem accipiunt ficta necessitate reddent  
 rationem. Qui autem dat innocens erit. Sicut enim accepit  
 ad domino ministerium consummauit nihil dubitans deo cui dare  
 cui non dare. Et fecit hoc ministerium simpliciter gloriosum  
 ad dominum. Custodi ergo mandatum hoc sicut tibi locutus sum  
 ut paenitentia tua simplex inueniatur. Et possit domui  
 tuae bene fieri. Et cor mundum habe.

**MANDATUM IERTIUM**

**I**terum mihi dixit ueritatem dilige. Et omnis sermo uerus  
 ex ore tuo procedet. Spiritus quem dominus conficitur in car-  
 ne tua. uerax inueniatur apud cunctos homines. Et dominus  
 magnificetur qui dedit spiritum in te. Quia deus uerax est in omni  
 uerbo. Et non est mendacium in ipso. Qui ergo mentiantur abne-  
 gant dominum. non reddentes deo depositum quem acceperunt. acce-  
 perunt enim spiritum sine mendacio. hunc si mendacem reddunt  
 conquinant mandatum domini et fiunt fraudatores. his au-  
 ditis ego uehementer fleui. Qui cum me flentem uideret  
 dixit mihi. Quid ploras? Et dixi. quoniam nescio dominum an possim  
 saluus esse. Quare inquit. quia nunquam dominum in mea uita  
 uerum locutus sum uerbum. Sed semper in simulatione uixi.

140  
Et mendacium pro ueritate firmaui omnibus. Et non mihi  
quisquam contra dixit. sed fides habita est uerbo meo.  
quem ad modum ergo potero uiuere cum sic egerim.  
Et dixit mihi tu quidē uere et bene sentis. Oportebat  
enim te sicut dī seruum in ueritate ambulare. Et ma-  
lam consciā cum spū ueritatis non  
conuungere. ne tristiciā spū dī scō uero facere. Et  
dixi illi. numquā dnē haec uerba tam diligenter au-  
diui. Et dixit mihi. Hunc audis custodi a modo. Ut et illa  
quae prius locutus es falsa pro negotiis tuis his uerbis  
et illa finem percipiant. Possunt enim et illa finē  
percipere. si uera locutus fueris a modo. Et si ueri-  
tatē seruaueris poteris uitā consequi. Et quicūq; audi-  
erit hoc mandatū et fecerit et recesserit a mendacio  
uiuēt dō.

#### MANDATUM QUARTUM

**M**ando tibi aut ut castitatē custodias et non ascendat  
tibi cogitatio cordis. de alieno matrimonio. aut  
de fornicatione. qui hoc enim facit peccatū magnum.  
tu autē semp memores esto dñm omnibus horis. Et numquā  
peccabis. Si enim haec cogitatio in corde tuo ascende-  
rit sic mala magnū peccatum facis. Et qui haec faci-  
unt uia mortis secuntur. Uide ergo tu et abstine te ab  
hac cogitatione. ubi enim castitas manet in corde homi-  
nis iusti. non debet ascendere ibi cogitatio mala. Et dixi  
illi. Domine permittē mihi pauca uerba dicere tibi.  
Dixit inquit. Et dixi illi. Domine si quis habuerit uxorem

fidelē in dñō et hanc inuenerit in adulterio. numquid pecca-  
 tur si conuiuuit cum illa. Et dixit mihi, quam diu nescit pec-  
 catum eius sine crimine est uir uiuens cum illa. Si autem  
 scierit uir mulierē suā deliquisse et non egerit paenitenti-  
 am mulier. Et permanet in fornicatione suā et conuiuuit  
 cum illa uir. reuserit peccati eius et particeps moechatio-  
 nis eius; Et dixit illi; Quid ergo si permanet in uitio suo muli-  
 er, et dixit; dimittat illā uir. Et uir super se maneat; Quod  
 si dimiserit mulierē suā et aliā duxerit moechatur et ipse;  
 Et dixit illi; quod si mulier dimissa paenitentia egerit et uo-  
 luerit ad uirū suū reuerti non recipitur a uiro suo; Et  
 dixit mihi; Immo si non recipit illā uir suus peccat. Et mag-  
 num peccatū sibi admittit. Sed debet recipere peccatricē.  
 quae paenitentia egerit. sed non saepe. Seruis enim dī paeniten-  
 tia una est. propter paenitentia ergo non debet dimissa con-  
 iuge sua uir aliā ducere. hic actus similis est in muliere  
 et uiro; Non solū moechatio est illi qui carnē suā coinquinat.  
 sed et qui simulacrū facit moechatur. Quod si in his factis  
 perseuerat et paenitentia non agit. recede ab illa et noli  
 conuiuere cum illa. Sin autē. Et tu particeps eris peccati  
 eius; propter hoc preceptū est uobis super uos manere. siue  
 uiro siue muliere; Potest enim in eiusmodi paenitentia esse.  
 Sed et ego mando occasionem ut haec sic agantur. sed ne am-  
 plius peccet qui peccauit; De prioribus autē peccatis eius  
 dī qui potestatem habet sanitatem dandi. dabit remedium  
 quia ipse est enim qui omnium habet potestatem; Iterum

interrogavi et dixi; Quomodo dominus me dignum existimavit esse  
 ut mecum habitessemper. pauca uerba mihi disserere. quia  
 non intellego quicquam. Et cor meum obduratum est a pristina  
 conuersatione; Et sensum mihi aperiri. quia uehementer stul-  
 tussum. Et in totum nihil intellego; Et respondens dixit mihi;  
 Ego prepositus sum paenitentiae. Et omnibus paenitentiam  
 agentibus sensum do; aut non tibi uidetur paenitentiam age-  
 re. sapientiam esse magnam; Quomodo qui paenitentiam agit  
 sensum magnam accipit; Sentat enim qui peccauit quia  
 fecit nequiter ante conspectum domini. Et recordatur intellec-  
 tu quod deliquit et paenitentiam egit. Et iam non operatur  
 nequiter. sed operatur bene. Et humiliat animam suam et tor-  
 quet eam quia peccauit; Uides ergo quia paenitentia sen-  
 sus est magnus. Et dixi illi; Propter hoc domine diligen-  
 ter inquirō omnia quomodo peccator sum ut sciam quibus ope-  
 rer ut uiuam quia multa sunt peccata mea; Et dixit mihi;  
 uiues si haec mandata mea custodieris; et qui cumque audierit  
 et fecerit mandata haec uiuet deo; Et dixi illi; Etiam nunc  
 domine. audiui a quibusdam doctoribus quod alia paeni-  
 tentia non est nisi illa cum in aqua descendimus et acci-  
 pimus remissionem peccatorum nostrorum. iam  
 non peccare. sed in castitate permanere; Et ait mihi; recte  
 audisti; Hunc autem quia diligenter omnia quaeris ut hoc  
 tibi demonstrem non dans occasionem illis qui credituri sunt  
 aut quomodo crediderunt domino; qui enim modo crediderunt  
 dñm atque eius mirabilia et opera uiderunt. sine quibus ui-  
 uunt duplicius puniuntur. Et hi morientur in aeuo. Sicut ergo  
 iudisti postquam iecti sunt de turre lapides qui reprobati  
 erant. traditi sunt spiritibus perniciosis atq; saeuis. Et ita  
 purificata est turre. ut crederetur ex uno lapide esse  
 tota. Ita ecclesia dñi cum purificata fuerit. Et iectis ex ea  
 malis atque fictis et sceleratis et dubis. Et qui cumque nequi-  
 ter in ea gesserunt uariis nequitiae peccatorum generibus.  
 Et erit unum corpus eius. unus intellectus unus sensus. una  
 fides. Ea demq; caritas. Et tunc filius dñi laetabitur inter  
 illos. Et recipiet uoluntate pura recepto populo suo.  
 Et dixi. Magnifice domine et honeste se habent cuncta.  
 Nunc mihi demonstra effectum. Et uim unius cuiusq; mon-  
 tis. Ut omnis anima in dño fidens audiat his. honore et  
 magnam ac mirabilem et honestum nomen eius. Audinquit  
 uarietatem horum montium. Id est duodecim gentium.  
**P**rimo monte nigro qui crediderunt transfuge sunt ac ne-  
 fanda in dño loquentes. Et traditores seruatorum dñi. his prepo-  
 sita mors est. paenitentia non est. Ideoq; nigri sunt.  
 quia gens eorum scelerata est. **D**e secundo uero monte gla-  
 broso ficti sunt qui crediderunt et doctores sunt nequitiae.  
 Et hi proximis sunt superioribus non habentes inter se fructum  
 aequitatis. Sicut enim mons eorum sterilis est ac sine fructu

Ita et eiusmodi homines habent quidem nomen. fide uero ma-  
 nent sunt. neque est in eis ullus fructus ueritatis. His tamen est  
 data paenitentia si cito secuntur. Sin autē tardant. Erunt  
 ethi mortis priorū consortes. Quare inquā domine his  
 quidem aditus est ad paenitentia. prioribus uero non est.  
 pene enim eadem sunt admissa eorum. Ideo inquit est his  
 paenitentia regressus ad uitā. quia nihil in dnm suū locuti  
 sunt nefandum. neque pro ditores seruorū dī fuerunt. sed  
 per quandā accipiendi cupiditatē fefellerunt. homines  
 ducentes eos secundū desideria peccantiū. Ideo dabunt  
 quandā eius rei poenā. sed tamen his proposita est paeniten-  
 tia. quia nihil in dnm suū dixerunt nefandum. **D**etertio  
 uero monte qui tribulos et spinas habebat. tales sunt qui  
 crediderunt quidā diuites. Quidā autem plurimis obstricti  
 negotiis. Tribuli enim diuitiae sunt. spinas autē qui multis  
 obligati sunt negotiis. Hi ergo qui plurimis obligati sunt ne-  
 gotiis. uariis que rebus. non adiungunt se dī seruis. sed aber-  
 rant ab his negotiis uocati a quibus suffocantur. Etia ethi  
 qui diuites sunt. Et ipsi difficile se ad conuersionē seruorū  
 dī prebent. metuentes ne aliquid posca<sup>2</sup> ab illis. Hi ergo dif-  
 ficile in regnū dī intrabunt. Sicut enim ex calciatis pedibus  
 difficile in tribulis ambulatur. sic et huiusmodi homines diffi-  
 cile est in regnū dī intrare. sed in omnibus datur ad paenitentia  
 regressus. Sitamen cito redierint ad illam. Ut quod prioribus  
 diebus cessauerunt ab opere. repetito tempore. aliquid boni. nunc  
 facere possint. Acta igitur paenitentia si fecerint opera

bonitatis uiuent. Sin autē in admissis permanserint suis  
 traduntur mulieribus illis quae eis auferent uitam.  
**D**e quarto uero habentē plurimā herbam quarū superi  
 or pars uiridis erat. at ipse uero radices aridae erant. Quae  
 dam etiā a solis ardore tartae arescebant. huiusmodi sunt  
 qui crediderunt quidem. quidā dubii. alii labis dñm non in  
 corde ferentes. Ideoque aridae sunt et nullū habentes. herbae  
 eorum. Uerbi enim tantū modo uiuunt. Opera uero eorum  
 mortua sunt. hi ergo nec mortui sunt nec uiui. Et dubii similitē  
 sunt. Et ipsi enim dubii nec uirides sunt nec aridi. Id est nec ui  
 ui nec mortui. Sicut enim herbae eorū sole uiso aruerūt. Ita et  
 dubii similitē ~~ut~~ audierūt persecutionem. In cōmoda metu  
 entes. reuerunt ad simulacra rursum et seruiēr eis. Et erubu  
 erunt dñi sui ferre nomen. huiusmodi ergo homines nec uiui  
 nec mortui sunt. Sed et hi possunt uiuere sic ito egerint paeni  
 tentiā. Sin minus iam trahiti sunt mulieribus illis quae uolū  
 rent uita eorum. **D**e quinto uero monte aspero et uiri  
 des herbas habente. huiusmodi sunt qui crediderunt. fideles  
 quidem sed difficile credentes. Et audaces ac sibi placentes. Uo  
 lentes ~~scire~~ cuncta scire. nihilq; omnino scientes. Propter  
 haec igitur audacia sensus discessit ab illis. Et intrauit in eis fa  
 tua presumptio. Sublimes autē se gesserunt et ueluti prudentes.  
 Et cum sint stulti cupiunt doctores uidere. propter hanc stul  
 ticiam dū se magnificant. multieorū exinaniti sunt. Magnū  
 enim daemoniū est audacia. Et confidentia inanis. Ex his igit  
 multi abiecti sunt; alii autē agnito errore suo paenitentia

egerunt et subdiderunt se habentibus sensum. sed ceteris  
 horum similibus proposita est paenitentia. neque enim mali  
 fuerunt. In sapientes uero potius et sculti. hi ergo si egerint paeni-  
 tentiam uiuent dō. Sin minus habitabunt cum mulieribus illis.  
 quae malitia sua exercent in eis. **S**exto uero monte scissu-  
 ras maiores et minores huiusmodi sunt qui crediderunt.  
 Et hinc quos scissurae minores erant. hi sunt qui inter se habent  
 lites. Et propter querelas suas fide languunt. Sed multi ex his  
 egerunt paenitentiam. idemque ceteri faciunt auditis manda-  
 tis meis. Exiguas enim sunt lites eorum. ac facile ad paeniten-  
 tiam recurrent. At hi qui maiores habent sicut lapides per-  
 tinaces erant. simul et offensarum sunt memores. Iracundiam  
 inter se exercentes. hi ergo abiecti sunt a turri. et abstructu-  
 ra eius reprobati. huiusmodi ergo homines difficile uiuent.  
 Dicit dominus noster qui dominatur omnium rerum et creaturae suae.  
 uniuersae habet potestatem. offensas meminisse non uult. sed  
 ab his qui peccata sua confitentur facile placatur. Homo uero  
 cum sit languidus. mortalis. infirmus et repletus peccatis. ho-  
 mini perseueranter irascitur tamquam conseruare eum possit  
 aut perdere. Ego autem moneo uos nuntius et propositus paeniten-  
 tiae. Quicumque propositum huiusmodi habetis. deponatis illud.  
 Et ad paenitentiam percurratis et dominus remediabit priora delicta  
 uestra. Si ab hoc daemone uos purificaueritis. Sin minus  
 ad mortem tradimini illi. **D**e septimo uero monte in quo ui-  
 ridet et hilares erant herbae. Et totus mons fertilis erat. Om-  
 ne genus pecorum carpebant pabulum ex herbis montis eiusdem

Et quantum herbae illae carpebantur tantum laetiores recre-  
 cebant. huiusmodi sunt qui crediderunt simplices et boni  
 semper. Et nullas habentes inter se dissensiones. sed laetan-  
 tes semper de di seruis in dicit spm uirginu haru. Et semper  
 in omnes homines ad faciendam misericordiam prompti. Et de  
 laboribus suis cunctis hominibus facile tribuentes. sine impe-  
 rio et deliberatione. Uisa igitur dñs simplicitate et omni  
 infantia eorum. auxiteos in laboribus manuū suarū. Et de-  
 dit eis in omni opere gratiam. Ego uero hortor uos paeni-  
 tentiae nuntius in eodē permanere proposito quicumque  
 estis huiusmodi. nec eradicetur semen ur̄m in aeuum. Dñs  
 enim uos probauit. et conscripsit in nr̄m numerū. Et omne  
 semen ur̄m cum filio dī habitabit. de spū enim eius estis om-  
 nes. De octauo uero monte in quo pluri mi erant fontes  
 ex quibus ad aquabat omne genus di creaturac. Tales sunt  
 qui crediderunt apostoli quos misit dñs in totū orbē predi-  
 care. Et quidā doctores caste ac se uere predicauerunt  
 et docuerunt. nec quicquam omnino scripserunt malae  
 cupiditati. sed assidue in aequitate et ueritate ambula-  
 uerunt. hi ergo inter angelos habent conuersationem.  
**D**e nono uero monte deserto ac serpentibus habente. hu-  
 iusmodi sunt qui credider̄ qui et maculas habebant. hi sunt  
 ministri malae ministeriū agentes. Diripientes uiduarū  
 bona. Et pupillorū in se alios ex eo ministerio quod acceper̄  
 ministrare si per se uerauerint eadē cupiditate mortise  
 tradiderunt. nec ulla in eis erit spes uitae. Quod si

conuersi fuerint. Et si non consummauerint ministeriū  
 suum. poterunt uiuere. Qui uero scabri reperti sunt.  
 hi sunt qui nomen di. . . . . peccadeum rursusredi  
 erunt. sed agrestes euaserunt. atque deserti. non adpli  
 cantes se ad di seruos. sed separati ab eis. pro parua sollici  
 tudine uitā suam amiserunt. Sicut enim uitis aliqua dere  
 licta in sepe cui nulla cultura contingit disperit ac suffo  
 catur ab herbis. Et agrestis tēpori . . . . . efficitur. desinit itaq;  
 utilis esse domino suo. sic ethuiusmodi homines de seipsis des  
 pondentes. exacerbati. Inuitales esse dñō suo coeperunt. his  
 ergo . . . . . demū datur paenitentia. si non ex precordiis reper  
 ti fuerint denegasse. Quod si quis ex precordiis inuentus  
 fuerit negasse. an uitā adsequi possit ignoro. Ideoque dico  
 ut in hos dies in ficiat us aliquis ad paenitentiam reuertat  
 tur. Non potest enim fieri ut nunc dñm suum abnegans. postea  
 adsequi possit salutē. Sed illis reputat<sup>r</sup> proposita paeniten  
 tia. qui olim negauerunt. accelerare enim qui acturus est  
 paenentiā debet antequā peragat<sup>r</sup> aedificatio turris  
 huius. Sin minus a mulieribus illis . . . . . ecur ad mortē. hi  
 uero casti dolosi sunt. Et alius aliū cōmiscentes. hi sunt ser  
 pentes . . . . . in monte . . . . . isti. Sicut enim mortiferū est ho  
 minibus serpentiū uenenū. Ita et herba horū . . . . . n<sup>f</sup>iciunt ho  
 mines atq; perdunt. Curti sunt igit<sup>r</sup> a fide sua. propter hoc  
 genus uitae suae. In qua morantur. Aliqui uero eorū accep  
 ta paenitentia. adsecuti sunt salutē. Sed et ceteri huiusmodi  
 homines aequē adsequentur. si egerint paenitentiam.

Simul morientur cum mulieribus illis quarum uim possi-  
 dent ac potestatem. **D**ecimo uero monte in quo arbores  
 erant regentes pecora. quaedam tales sunt qui crediderunt  
 quidam episcopi id est presides ecclesiarum. Alii uero hos la-  
 pides qui non ficto sed libenti animo semper in domos suas ser-  
 uos dī receperunt. Et deinde qui presides sunt ministerio in opes  
 et uidas protegerunt. Et castam perpetuam conuersationem habuerunt.  
 Ergo hi omnes protegentur a dño. haec quicumque gesserint  
 honorati sunt apud dñm. Et inter nuntias locus eorum est. si per-  
 seuerauerint usque in consummationem parere dño.

**D**e undecimo uero monte in quo erant arbores aliae atque  
 alii fructibus plenae. hi sunt qui crediderunt et propter nomen  
 dñi mortem obierunt. Et animo prompto passi sunt. Et ex  
 toto corde suo in qua fructi essent. illic candidi uari fie-  
 bant. Et similes omnes priores mutabunt colores. Quidam uero  
 ab ipsis uariis porrigebantur. Qui cum in eam aedificationem  
 uenissent. quales spondebantur. tales permanebant. hi nec  
 candidi fiebant nec uari. quoniam non erant a uirginibus per por-  
 tam translati. hi ergo lapides deformes erant in aedifica-  
 tionem. Quos cum animaduertissent illi sex uiri. iusserunt  
 tolli et suo loco referri. unde ad portam erant. Et dicunt ad  
 illos qui hos lapides adferiebant. Omnino uos ad aedificatio-  
 nem hanc lapides porrigere nolite. sed iuxta turrem ponite illos  
 ut haec uirgines translatis porrigentes eos. Nisi enim ab his uir-  
 ginibus translatis fuerint per hanc portam colores suos mutari  
 non possunt. Nolite igitur frustra laborare. Effecta est



fol. 48 verso. l. 7

autem structura illo die. sed turris consummata non est.  
 futurum enim erat ut aedificaretur. propterea etiam nunc et  
 quaedam delatio facta est. Et iusserunt illi eos qui aedifica-  
 bant recedere. Et ueluti quiescere aliquid. his uero uirgi-  
 nibus preceperunt ne a turre discederent. Propterea  
 autem uidebantur mihi relictae. ut custodirent eam turrem.  
 Postquam uero omnes recesserunt. dixi ad pastorem ad illum.  
 Quare inquam domine peracta non est aedificatio turris. non  
 enim inquit ante consumari potest. Quam ueniat dominus eius et  
 structuram hanc probet. Ut si quos lapides non bonos in eam  
 uenerit. mundentur. ad uoluntatem enim eius aedificatur haec  
 turris. Uolebam inquam domine scire quid significet aedi-  
 ficatio turris huius. Et de hac petra. Et de porta cognoscere.  
 Et de montibus et de uirginibus. Et de lapidibus qui ascenderunt  
 de profundo ne circumcisi sunt. sed sicut ascenderunt sic ierunt  
 in structuram. Et quare primum decem lapides in fundamentis  
 structi sunt. Deinde uiginti quinque. Deinde triginta quinque.  
 Deinde quadraginta. Item de illis lapidibus qui positi  
 sunt in structuram iterumque sublatis. Et in suum locum relatis. De om-  
 nibus his domine desiderium animae meae comple. Et omnia mi-  
 hi demonstra. Et dixit si arduus inquit non fueris omnia cog-  
 noscis. Et uidebis reliqua  
 quae futura sunt huic turri. Et omnes similitudines diligen-  
 ter cognosces. Et uenimus post dies paucos in eoloco ubi seclera-  
 mus et dixit mihi per ueniamus ad turrem. dominus enim eius uen-  
 turus est. ut consideret eam. Uenimus ergo ibi. Et neminem

alium inuenimus quā uirgines illas. Et interrogauit eas si  
 non fuisset tibi dñs turris eius. Et responderunt uenturū eum  
 esse continuo. Ut consideret structurā illam. Post pusillū  
 enim uidi uenientē magnā multitudinē uirorū. Et in medio  
 eorum ita excelsū uirū ut magnitudine sua ipsam turrem  
 superaret. Et circa eum sex illos quos in ea aedificatione ui  
 deram imperare. Et eos omnes qui aedificauerunt turre illam.  
 Et p̄ter eos alios multos dignitosos. Uirgines uero illae quae  
 custodiebant turre illam. adcurrerunt osculari eum. Et  
 prope coeperunt ambulare; ille autē tam diligētē considera  
 bat eam structuram. ut singulos lapides pertractaret.  
 qui etiam singulos uirga quā in manu habebat feriret.  
 Ex quibusdā <sup>cum</sup> essent percussi nigri uelut fuligo fiebant. Qui  
 dam autē tamquā scabri. Quidam scissuras habentes. quidā  
 curti. quidā nec nigri nec albi. quidā asperi. nec cū ceteris  
 lapidibus conuenientes. quidā plurimas maculas habentes.  
 Hae sunt uarietates lapidū eorū qui in structura illa non  
 boni reperti sunt. Iussit eos omnes de turre deponi. Et iuxta  
 eam relinqui. Et alios lapides ad ferri. Et loco eorū reponi.  
 Et interrogauerunt eum qui aedificabant ex quo monte uellet  
 ad ferri et reponi in loco eictorū. de montibus quidē  
 ad ferri. Sed ex cāpo illo. Et inuenerunt lapides splen  
 didos quadratos. quosdā uero etiā rotundos. Qui cumq; autē  
 erant in eodē campo. omnes ad lati sunt. per portā  
 transportati. a uirginibus illis. Et qui ex his quadrati erant  
 deformati sunt et positi in loco eictorū. At uero hi qui

R

rotundioribus  
 dem uidetur  
 quādam spl  
 et dicitur  
 et lapides qui  
 ad illum. Co  
 structura tur  
 quoniam conueni  
 offeret. cum on  
 dit. Uirgine  
 tam. Et  
 lapides in stru  
 ture. Et dixit mihi  
 maiorem partē  
 structura et con  
 no dū domine  
 inquit mihi  
 maiore su  
 uerū dixisset mi  
 cōmudator  
 que sunt circati  
 uelut pat fami  
 corū sunt in uena  
 structura turri  
 deure. Post

rotundi non sunt adiecti in structurū qm̄ duri erant et tar  
 dum uidebatur circumcidere eos sed positi sunt circa turre  
 tamquā futurū esset ut circūciderentur. Et in structuram  
 irent. ualde enim splendidi erant. haec cū uidisset ille  
 uir digno sus. Et dñs totius turris. uocauit hunc pastorem  
 et tradidit ei lapides qui reprobati erant et positi circa tur  
 rem. Et ait ad illum. communda diligenter hos lapides.  
 et pone in structurā turris. ut cū ceteris possint conuenire.  
 eos autē qui non conueniunt. longe a turre proicies. haec  
 cum p̄cepisset ei. cum omnibus cum quibus uenerat ad  
 turrem abiit. Uirgines autē ille fecerunt circa turre  
 custodientes eam. Et dixi ad pastore illū quem admodū  
 possunt hi lapides in structuram eius turris cum sint repro  
 bati redire. Et dixit mihi. Ego inquit  de lapi  
 dibus istis maiorem partē circūcidam.  et ad  
 iciam in structurā et conuenient  et dixi.  
 quem admodū domine possunt circūcisi eundē locū explere.  
 Quicumque inquit minores inuenti fuerint in mediā struc  
 turā ibunt. maiores uero de foris ponentur. Et continebunt  
 eos. haec cū dixisset mihi. Eamus inquit. Et post tridū reuer  
 tamus. Et cōmundatos hos lapides in structurā ad iciam. Ea  
 enim quae sunt circa turre cōmundari debent omnia. pe  
 quando subito pat̄ familias supueniat. Et in munda ea quae  
 circa turre sunt inueniat. Et ita spernitur et hi lapides non  
 erant in structurā turris huius. Et ego neglegens patri fami  
 lias uideare esse. Post biduum autē cū uenisset mus ad eam




recisum est. Deinde considerabat eos quid duri et asperi fuerant.  
pauci ex his abiecti sunt. quoniam non poterant circūcidi. ualde enim  
duri reperi sunt. reliqui autē deformati sunt et media struc-  
tura a uirginibus aptati. Infirmiores enim erant. Deinde con-  
siderabat eos qui maculas habebant. Et ex his pauci reperi sunt  
nigri. Et hi ad ceteros adiecti sunt. Qui uero supra fuerant  
candidi et integri inuenti sunt. Et hi a uirginibus instructu-  
ra aptati sunt. Et de foris positi. propter fortitudinē suā. Uenit  
deinde considerare eos lapides qui candidi ac rotundi erant.  
Et ait mihi. Quid faciamus de his lapidibus? Et ego dixi domi-  
ne nescio. nihil inquit ergo excogitas de his? Ego inquit domi-  
ne. artem hanc non noui. nec lapidarius sum. nec possū in-  
tellegere quequam. Et dixit non uides ualde rotundos eos  
esse? Quod si uolueris eos quadratos redigere. multū mihi  
ex his recidendū est. sed necesse est aliquos ex his in structurā  
turris ire. Et dixi sine cesse est igitur quid tetricas. Et non  
eligeris quos habes eligere. Et aptas in structurā illā. Et eligit  
quos uidit maximos et splendidissimos et deformauit eos.  
Quos sublato uirginibus illae interioribus partibus structurae  
posuerunt. reliqui uero supra fuerant. repositi sunt in eundē  
campū. unde sumpti erant. abiecti uero non sunt quoniam inquit  
adhuc exiguū deest huic turri. quod aedificandū erit. Et for-  
sitā uult dñs hos lapides aptari in ea structura quia ual-  
de candidi sunt. Uacatae sunt deinde mulieres decim  
speciosissimae nigra ueste uestitae incinctae et exertis hu-  
meris. capillis uero dissolutis. Uidebant autē haec mulieres

agrestes esse. Et iussit eas pastor ille tollere lapides eos qui  
 de structura abiecti erant. Et referrunt in montes unde adla-  
 tierant. Et illa gaudentes sustulerunt omnes. Et reporta-  
 uerunt eos unde et ierant. Postquam autem nullus lapis  
 circa turrem iaceret ait mihi. Circumeamus hanc tur-  
 rem. Et uideamus numquid aliquid desit illi. Coepimus ergo  
 circumire eam. Et ut uidit eam decenter aedificatam ualde  
 hilaris esse coepit. Ita enim decenter aedificata fuerat. ut  
 qui uidisset. concupisceret structuram eius. Quam quasi de uno la-  
 pide uidebatur esse. nec aliubi commissura parebat. sed ex  
 petra illa uidebatur sculpta. Ego autem eius modi considerans  
 bene ualde eram letus. Et ait mihi. adfer calcem et testa-  
 minuta. ut formas eorum lapidum qui sublatis sunt de struc-  
 tura. Et iterum repositi expleam. Ea enim quae circa turrem  
 sunt. omnia aequari debent. Et feci sicut iussit mihi. Et ad-  
 tuli ad eum. Et ait presto mihi sis. Et cito hoc opus efficie-  
 tur. Compleuit ergo formas lapidum eorum et iussit munda-  
 re circum turrem. Tunc uirgines illae adprehenderunt scopas.  
 Et mundauerunt totam. Et tunc sustulerunt. Et sparserunt  
 aquam. Quo completo factus est locus hilaris. Et turris  
 decora. ait deinde mihi omnia commendata sunt. si uenerit  
 dominus hanc turrem consumari nihil inueniet quod de nobis que-  
 ratur. haec cum dixisset uolebat ire; at ego adprehendi  
 per amicum. Et coepi eum rogare per dominum ut mihi omnia quae  
 ostenderat exsolueret. ait mihi habeo modicam occupatio-  
 nem. Et omnia tibi exsoluam. Expecta me autem hic dum uenio

99  
Dixi ei. domine solus hic quid faciam. Respondit non es solus.  
omnes enim uirgines tecū sunt. Et dixi. trademe domine ergo  
eis. at ille uocauit eas et dixit eis. cōmendo uobis hunc donec  
uenio. Remansiigitur cū uirginibus illis. illae autē hilares  
erant. Et affabiles mihi. praecipue tamen quattuor quae  
ceteras precedebant dignitate. Dicunt mihi deinde uirgi-  
nes illae. hodie pastor ille huc uenturus non est. Et ego  
dixi quid ego faciam. Et dicunt mihi usque in uesperā ex-  
specta eum. si uenerit forsitan loquetur tecū. sin minus.  
dū ueniat manebis nobiscū. Dixi eis. expectabo eū usque ad  
uesperam. quod si non uenerit domum ibo. Et reuertar mane.  
Responderū mihi. consignatus es non potes discedere a nobis  
et dixi ubi manebo. dicunt mihi. nobiscum dormies ut fra-  
ter non ut maritus. frater enim noster es. Et de cetero tecū  
habitaturae sumus. ualde enim carū te habemus. Ego autē  
erubescēbā cū eis manere. Et uero quae ex illis uidebat<sup>r</sup> prima  
esse. amplexata est me et osculari me coepit. Ceteri  
cum uidissent me amplexū ab illa et ipsa me coeperū oscula-  
ri. Et ducere circa turrē et ludere mecū. Quaedā enim ex  
his psalmos cantabant. quaedā choros ducebant. Ego autē  
circaturrē silentio laetus cū eis ambulabā et uidebar mihi  
ueluti iuuenior esse factus. Post quā uero uesperū esse coepit  
domū ire uolebam. illae autē detenuerū me. Et non pmiserū  
ire. Mansi eadē nocte cū eis ad eā turrē. Strauerū autē toni-  
cassuas lineas in terrā et me in medio collocauerū. Nec quic-  
quid aliud faciebant nisi orabant. sed ego cum illis.

sine intermissione orabā. nec minus quā illae. Quaecū sic orantē  
 me uidissent magnū gaudiū perceperunt. Et fui ibi cū eis usq; ad  
 diē posterū. Et cū orassemus dñm tunc uenit pastor ille et ait ad  
 eas ne forte fecistis ei iniuriam. Et dixer̄ ipsū interroga. Dixit ei.  
 Domine magnā uoluntatē percepi quod mansi cū eis.; Et dixit mi  
 hi quid caenasti. Et dixi caenauī tota nocte uerba dñi. Bene inquit  
 te acceper̄. Et dixi ita domine.; Numquid uis nunc audire. Et  
 dixi. Ita domine. Primū sicut te interrogauero. rogo ut sic mihi  
 demonstres. Quē admodū inquit uis sicut tibi exsoluā. nec quicquā  
 te celabo.; Primū omniū domine hoc mihi demonstra. petra haec  
 et porta quid sunt. Audi inquit. petra haec et porta. filius dī est.  
 Quē admodū inquit domine petra uetus est. porta autē noua.  
 Audi inquit insipiens et intellege. filius quidē dī creatura  
 antiquior est. Ita ut consilio fuerit patri suo constituendo eā cre  
 atura. porta autē propterea noua est. Quia in consumatione  
 nouissimis dieb; apparuit. ut qui adsecuturi sunt salutē. per  
 eā intrent in regnū dī.; Uidisti inquit eos lapides qui per portā  
 translati sunt in structurā turris conlocatos eos. Qui non erant  
 translati per portā abiectos in locū suū. Et dixi uidi domine.  
 Sic inquit in regno dī nemo intrabit. nisi qui acciperit nomen fi  
 lii dī. Si enim in ciuitate aliqua uolueris intrare. Et ciuitas illa  
 cincta sit muro. Et unā habeat tantū modo portā. nūquid pot  
 eris aliunde intrare in ciuitatē illā nisi per portā quā habet.  
 Et quē admodū inquit domine aliter fieri potest. Sicut ergo inquit  
 in eadē urbe non potes alit̄ intrare quā per portā eius. Ita nec in  
 regno dī potest aliter intrare nisi per nomen filii eius qui est

ei carissimus. Et dixit mihi uidi tū turbā eorū qui aedificānt  
 turrem illā. Uidinquā domine. Et dixit illi omnes nuntii sunt  
 digni tōsi. hisigit ueluti muro cinctus est dñs. Porta uero fili  
 us dī est. cuius solus est accessus ad dñm alit̄ ergo nemo intrabit ad  
 dñm nisi per filiū eius. Uidisti inquit illos sex uiros Et in medio  
 eorū honestū uirū atque magnū qui circaturrē ambulauit.  
 et lapides destructura reprobauit. Uidinquā domine. ille  
 inquit honestus filius dī est. Et illi sex nuntii sunt digni tōsi.  
 dextra leuaq; eū continentēs. Ex his inquit digni tōsi nuntii  
 nemo sine hunc intrabit ad dñm. Et dixit  quicūq;  
 ergo nomen eius non acceperit. non intrabit  in regnū  
 dī. Et dixi. Quid est deinde turris. haec inquit ecclesia est.  
 Et uirgines hae quae sunt domine. Et dixit. hae inquit sp̄s  
 sc̄i sunt. non alit̄ autem  homo potest in regnū dī uenire  
 nisi hae induerint eū ueste sua. Et enim nihil tibi proderit  
 accipere nomen filii dī. nisi etiā et uestē harū acciperis ab his.  
 hae enim uirgines potestates sunt filii dī. Ita sine causa porta  
 bit nomen. nisi etiā potestates eius tulerit. Et dixit uidisti eos  
 lapides qui abiecti sunt. hi enim nom̄ quidē tuler̄. uestē autē  
 harū non induer̄. Et dixi quae est uestis earū domine. Ipsa inquit  
 nomina uestis earū est. Quicumq; ergo inquit nomen filii dī  
 portat. harū quoque nomina portare debet. Et enim quoque  
 filius nomina fert earum. Quos cūq; inquit lapides uidisti  
 in destructura remisisse traditos per manus earū. harū po  
 testate uestiti sunt. Ideoq; etiā totā turrē consimilē uides  
 cum petra Et uelut ex uno lapide facta. Sic quoq; h  qui

qui crediderunt dno per filium eius induci sunt hunc spm. Ecce  
 unus est sps et unum corpus. Et unus color uestium eorum. Sed illi  
 adsequentur ista qui tulerunt nomina uirginum harum. Et dixi quare  
 ergo domine abiecti sunt lapides qui reprobati erant. Cui et ipsi  
 per portam translati sunt et traditi per manus uirginum harum.  
 in feructuram turris huius. Qm tu qui cura tibi est omni ad-  
 ligenter inquirere. Audi de his lapidibus qui abiecti sunt.  
 hi omnes nomen filii dei acceperunt. sed et potestatem uirginum harum.  
 hi ergo spiritibus acceptis consummati sunt. Et in numerum ser-  
 uorum dei redacti sunt. Et unum corpus eorum coepit  
 esse.  atque una uestis. ad eandem enim sentiebant  
 aequitatem. quae pariter exercebant. At uero postquam uiderunt  
 mulieres illas quas animaduertisti nigra ueste uestitas.  
 exertis humeris et dissolutis  crinibus. Concupierant enim  
 eas sollicitati pulchritudini earum. Et induci sunt potestatem  
 earum. Uirgineum uero proiecerunt amictum; hinc abiecti sunt  
 a domo dei. Et traditi mulieribus illis. at hi qui non sunt corrup-  
 ti pulchritudini earum. in domo dei remanserunt. habes inquit  
 horum lapidum qui abiecti sunt ex solutione. Et dixi. Siquis  
 ergo domine hominum qui huiusmodi sunt egerint peniten-  
 tiam. abicerint cupiditatem mulierum harum et conuersi redie-  
 rint ad uirgines et harum potestatem induerint. non intra-  
 bunt in domum dei. Intra bunt inquit. si abicerint omnia opera  
 mulierum illarum. Et harum uirginum resumpserint potestatem.  
 Et in operibus earum ambulauerint. Ideo intermissio facta est  
 seruendi. Et si hi egerint animas suas tradiderunt. Et dixi

fol. 40 l. 7

quare ergo domine omnes hae arbores habent quidē fructus  
quaedam uero pulchriores; Audinquit. Quicumq; passi  
sunt prop̄ nomen dñi. honorati apud dñm habent. Et omniū  
eorū abolita sunt delicta. Quia prop̄ nom̄ filii dī mortē obier̄;  
Quare autē fructus earū dispares sunt et excellent aliqui in  
ter illos. Audi quicūq; enim perducti ad potestates. inter  
rogati non negauer̄. sed prompto animo passi sunt. honora  
tiore sunt apud dñm. Qui excellent igit̄ fructū horū est;  
Qui uero timidi et dubii fuer̄ et deliberauer̄ in corde suo.  
Uerū nefaterent̄ aut negarent. Et passi sunt. horū fructus  
exiguiores sunt. Quā haec cogitatio ascendit in corde eorū.  
mala enim ac nequā est huiusmodi cogitatio. ut quis seruus  
neget dñm suū; Cauete igit̄ uos qui huiusmodi cogitationes  
habetis. ne permaneat haec in uobis et dō moriemini;  
Uos quicūq; prop̄ hoc nomen mortē obitis. dñm honorare de  
betis. quod dignos uos habet dñs ut nomen eius feratis. Et om  
nia peccata urā remediēt. Nonne ergo felices uos potius  
aestimatis. Sed puta te si quis patit̄ ex uobis magnū opus  
perficere. uitā uobis donat dñs. nec intellegitis. Delicta  
enim urā uos grauabunt. Et nisi passi essetis huius nomi  
nis causa. prop̄ peccata urā. mortui eratis dō; haec igit̄  
tur uobis dico quicumq; deliberatis de confessione de  
negatione confitemini uos habere dñm. ne quando negan  
tes trād̄mini in uincula. Si omnes enim gentes seruos suos  
puniunt. quicūq; dominū suū negauer̄. Quid putatis dñm  
uobis facturū qui uniuersorū habet potestatē. Remouete

igitur deprecordis uris has disputationes. Ut in perpetuo  
 uniuersis do. **D**uodecimo uero monte candidato tales sunt  
 qui crediderunt sicut infantes sinceri. quibus nulla mali-  
 tia ascendit in sensum. nec scierunt quid sit malitia. sed  
 semper in sinceritate manserunt. huiusmodi ergo homi-  
 nes. sine ulla dubitatione habitabunt in di regnu. Qm  
 in nullonegocio. mandata dñi maculauerunt. sed cu sin-  
 ceritate per manserunt. Omnes dies uitae suae eode sensus  
 tenore. Quicumq; ergo per manseritis inquit sicut in-  
 fantes non habentes malitiã. honoratiores erunt omnibus  
 quos dixi. Omnes enim infantes honorati sunt apud  
 dñm & primi habent. Felices ergo uos qui cu que remoue-  
 ritis malitiã a uobis. Et indueritis innocentia primu uide-  
 tis dñm. Post qua finuit omniu montiu solutione. Dixi  
 ei. Domine nunc expone mihi de his Lapidibus qui ad lati  
 excãpo. loco reprobatoru instructura ierunt. Item  
 de his Lapidibus rotundis qui instructura turris adiecti  
 sunt. Et de his Lapidibus qui eiecti decãpo instructura tur-  
 ris positi sunt. pro his qui reprobati rant. radices sunt  
 illius candidi montis. Cum igit qui crediderunt facti  
 sunt innocentes. iussit dñs eius turris. eos qui de radicibus  
 montis eius essent instructura conlocari. Intellexi enim  
 si in ea aedificatione issent. splendor eos permansuros.  
 nec ullu de his nigriturũ. Quod si de ceteris montibus ad-  
 iecisset necesse habuisset rursus uisitare eã turre.  
 atq; purgare. hi autẽ omnes candidi iuuenes sunt qui

...derunt. Et qui  
 felix hoc gnomi  
 rotundis lapidibus  
 monte sunt. Audi  
 sua. eos pusilli  
 uer. ad uero nu  
 accessit de ore eo  
 horu ergo ment  
 bono quoque p  
 in enim in totu eori  
 de si relictu est.  
 ergo pusillu cu  
 turru huius. Ceter  
 regi apti sunt in ea  
 reposita sunt suo loc  
 portet autẽ hoc sae  
 turu. Et tunc conu  
 morare in di reg  
 Ex hoc ergo ge  
 nec quis eoru te  
 abierit. cito rec  
 gonuntus p  
 turru futes. qm par  
 ante omib; uobis qu  
 citate habere. neque  
 uia uia. permaner

crediderunt. Et qui credituri sunt. Ex eodē enim genere  
sunt. felix hoc genus. quia innocuū est. Nudū nunc et de  
illis rotundis lapidibus. Et splendidis. hi omnes de hoc candi-  
do monte sunt. Audi autē quare rotundi sunt reperti. di-  
uitiae suae eos pusillū obscurauerūt aueritate. atque ob-  
fuscauerūt. ad dō uero nūquā recesserunt. nec ullū uerbū.  
malū processit de ore eorū. sed omnis aequitas et uirtus ue-  
ritatis. horū ergo mentē cū uidisset dñs posse eos ueritati  
fauent. bonos quoque permanere iussit. opes eorū circū-  
cidi. Pon enim in totū eorū tolli. ut possent boni aliquid facere  
de eo quod eis relictū est. Et uiuent dō qm̄ ex bono genere  
sunt. Ideo ergo pusillū circūcisi sunt. Et positi in struc-  
turā turris huius. Ceteri uero qui adhuc rotundi reman-  
serunt neq; apti sunt in ea structura quia nondū acceperūt.  
sigillū repositi sunt suo loco. Ualde enim rotundi reperti  
sunt. Oportet autē hoc saeculū circūcidi a illis. Et uanita-  
tis opū suarū. Et tunc conuenient in dī regnū. Necesse est  
enim eos intrare in dī regnū. hoc enim genus innocuū bene-  
dixit dñs. Ex hoc ergo genere non intercedet quisquam.  
Et enim licet quis eorū temptatus a nequissimo diabolo ali-  
quid deliquerit. cito recurrat ad dñm suū. felices uos.  
iudico ego nuntius paenitentiae. quicūq; estis innocen-  
tes sicut infantes. qm̄ pars urā bona est. honorata apud dñm  
Dico autē omnib; uobis quicūq; sigillū hoc accepistis. sim-  
plicitatē habere. neque offensarū memores esse. neq; in  
malicia urā permanere aut in memoria offensarum.

amaritudinis in unum quæq; spm fieri. Et his malae scissuras  
 ras per mediare accollere auobis. Ut dñs pecorū gaudeat de his.  
 Gaudebit autē si omnia inuenerit sana. Sin autē aliqua ex his  
 dissipata inuenerit. uae erit pastoribus. Quod si pastores dissi-  
 pati reperti fuerint. quid respondebunt pecoribus huius.  
 nūquid dicunt a pecore se uexatos. non credit illis. Incredibilis  
 enim res est. pastore pati posse a pecore. Et magis punitur prop-  
 ter mendaciū suū. Et ego sum pastor et ualidissime oportet  
 me de uobis reddere rationē. Remediate ergo uos. dū ad  
 huc turris aedificat. dñs habitat in uiris amanti bus pacem.  
 Et enim uero pax cara est. alitigiosis uero et perditis malicia  
 longe abest. Reddite ergo ei spm integrū sicut accepistis.  
 Si enim dederis fulloni uestimentū nouū integrū. idque in-  
 tegrū uis recipere iterum. fullo autē si scissū tibi  
 dedit. recipies illum. Nonne statim candescis et teum continuo  
 persequeris dicens. uestimentū integrū tibi dedi. quare  
 scidisti illud et inutile redigisti. Et propter scissurā quā in  
 eo fecisti. in usu esse non potest. Nonne haec omnia uerba  
 dicet fulloni. Ergo et de scissura quā in uestimento tuo fece-  
 rit. Surgitur tu doleris de uestimento tuo. Et qui ereris  
 quod non illū integrū recipias. Quid putas dñm tibi facturū  
 qui spm integrū tibi dedit. Et tu eū totū inutile redigisti.  
 Ita ut in nullo usu esse possit dño suo. In utilis enim esse coepit  
 usus eius cum sit corruptus atque. Nonne igitur dñm spiritu  
 eius prop̄ hoc factū tuū adficiet. plane in quā omnes eos  
 quos cūq; inuenerit in memoria offensarū permanere adficiet.

Clementia inquit eius. calcare nolite. sed potius honorifica  
te eū. quod tū patiens est ad delicta urā. Et non est sicut uos.  
Agite enim paenitentia. utiles esse uobis haec omnia. quae su-  
pra scripta sunt. Ego pastor nuntius paenitentiae. ostendi  
et locutus sum dī seruis. Si credideritis ergo et audieritis  
uerba mea. Et ambulaueritis in his. Et correxeritis itine-  
ra urā. uiuere poteritis. Sin autē permanseritis in mali-  
tia. Et memoria offensarū. nullus ex huiusmodi uiuit dō.  
haec omnia a medicenda dicta sunt uobis; ait mihi ipse  
pastor; Omnia a me interrogasti. Et dixi. Ita domine.  
Quare ergo non interrogasti me de forma lapidum in struc-  
tura repositorum quod expleuimus formas. Et dixi. Obli-  
tus sum domine. Audinunc inquit de illis. hi sunt qui nunc  
mandata mea audierunt. Et ex totis precordiis egerunt  
paenitentiam. Cumque uidisset dñs bonā atque purā esse  
paenitentia eorū et posse eos in ea permanere. iussit priora  
peccata eorū deleri; haec enim formae peccata erant eorum  
et exaequata sunt ne apparerent.

### SIMILITUDO DECIMA

**P**ostquā scripserā librū hunc. uenit nuntius ille qui me  
tradiderat huic pastori in domū in quā eram. Et con-  
sedit supra lectū. Et astitit ad dexterā huius pastor. Deinde uocauit  
me. Et haec mihi dixit. Tradidi te inquit et domū tuā huic  
pastori. Ut ab eo protegi possis. Ita in quā domine. Si uis er-  
go protegi inquit ab omni uexatione et ab omni saeuitia  
succesum autē habere in omni opere bono atque uerbo.

Et omnē uirtutē aequitatis . mandatis his ingrediere quae  
 dedit tibi et poteris dominari omni nequitiae . Custodienti  
 enim tibi mandata haec . Subiecta erit omnis cupiditas et dul  
 cedo saeculi huius . Successus uero in omni bono negotio te sequi  
 tur . maturitatis huius et modestia suscipe in te . Et dic om  
 nibus in magno honore esse eum et dignitate apud dñm . Et  
 magna potestatis eū presidem esse . Et potestē in officio suo .  
 huic soli per totū orbē paenitentiae potestas tributa est .  
 potens ne tibi uideatur esse . sed uos maturitacē huius et uere  
 cundia quā in uos habet dispicitis . ; Dixit ei . Interroga domi  
 ne ipsum . Ex quo in domo mea est . an aliquid extra ordinem  
 fecerim . ex quo eū offenderā . Et ego inquit scio . nihil ex  
 tra ordinem fecisse te . neque esse facturū . Et ideo haec  
 loquor tecū ut per se ueres . Bene enim de te hic apud me  
 existimauit . Tu autē ceteris haec uerba dices . Ut et illi qui  
 egerunt aut acturi sunt paenitentia eadēque tibi uisenti  
 ant . Et hic apud me de his bene interpretetur . Et ego apud dñm  
 Et ego in quā domine omni homini indic omnia magna dñi . Sper  
 autē eos omnes qui ante a peccauer̄ haec audiant libenter  
 acturi sunt paenitentia uitā recuperantes . Per mane  
 ergo inquit in hoc ministerio et consummare illud . Quicum  
 que autē mandata huius efficiant . habebunt uitā . Et hic  
 apud dñm magnū honorem . Quicūque uero huius manda  
 ta non seruant . fugiunt a sua uita Et aduersus illū . pec  
 mandata eius secuntur . Morti se tradunt . Et unusquisq; eorū  
 reus ut sanguinis sui . Tibi autē dico ut seruias mandatis his

Et remedium peccatorū habebis. Misi autē tibi has uirgines  
ut habitent tecum. Uide enim eas affabiles tibi esse. habes  
ergo eas ad uerices. quomāgis possis huius mandata seruare.  
Non potest enim fieri ut sine his uirginibus. haec mandata  
seruentur. Uideo autē eas libenter esse tecū. sed ego prae-  
cipiam eis ut omnino a domo tua non discedant. Tutantū  
communda domū tuā. In munda enim domo libenter habi-  
tant. Mundae enim sunt atq; castae et industriae. Et om-  
nes habentes gratiā apud dñm. Igitur si habueris domū  
tuā purā tecū permanebunt. Si autē pusillū aliquid in-  
quinationis acciderit. protinus a domo tua recedunt. hae  
enim uirgines. nullā omnino diligunt iniquationē. Dixi  
ei. Spero me domine placiturū eis. Ita ut domo mea libenter  
habitent semper. Et sicut hic cu me tradidisti. nihil de me  
queritur. Ita neque illae querentur. ait ad pastorem  
illū. Uideo inquit seruū dī uelle uiuere et custoditurum.  
haec mandata. Et uirgines has habitatione munda conloca-  
turum. haec cum dixisset. iterū pastori illi me tradidit.  
Et uocauit eas uirgines. Et dixit ad eas. qm̄ uideo uos liben-  
ter in domo eius habitare. Commendo eū uobis et domū eius.  
ut a domo eius non recedatis omnino. illae uero haec uerba  
libenter audierunt. ait deinde mihi. uiriliter in ministe-  
rio hoc conuersare. Omni homini indica magna ad dñi. Et  
habes gratiā in hoc ministerio. Quicumq; ergo in his man-  
datis ambulauerit uiuet et felix erit in uita sua. Quicum-  
quē uero neglexerit. non uiuet. Et erit infelix in uita sua.

54 v  
Dico omnibus ut non cessent. quicumque recte facere possunt.  
Bona opera exercere. utile est illis. Dixi autem omnem homi-  
nem de incommodis eripi oportere. Et is enim qui agit in  
cotidiana uita patitur incommoda. In magno tormento  
est. ac necessitate. Qui igitur huiusmodi animam eripit  
de necessitate. magnam gaudium sibi acquirit. Is enim  
qui huiusmodi uexatur incommoda. pari tormento cruci-  
atur. atque torquet se qui in uincula est. multi enim  
propter huiusmodi calamitates cum eas sufferre non pos-  
sunt. mortem sibi adducunt. Qui nouit igitur calamita-  
tem huiusmodi hominis et non eripit eum. magnam peccatum  
admittit. Et reus fit sanguinis eius. facite igitur opera  
bona. quicumque accipitis a domino. ne dum tardamini face-  
re. Consummetur structura turris. propter uos enim  
intermissum est opus. aedificationis eius. nisi festinetis  
igitur facere recte. consummata turris excludimini.  
Postquam uero locutus est mecum surrexit delecto et ad-  
prehenso pastore et uirginibus. abiit. Dicens autem  
mibi remissurum se pastorem illum et uirgines in domo  
mea.

EXPLICIT



facere possunt  
omne homi  
qui agit in  
tormento  
una eripit  
Isemim  
mento cruci  
nultenim  
erre non pos  
tur calamita  
magnū peccatū  
e gntu oporu  
namini face  
ruos enim  
festinetis  
dimini  
delecto trad  
sens autem  
rgines in domo

poterit vindicare

qu

